

numeris, *Anguli præcipui munimentorum Regularium.* I. *Anguli Figurales.* II. *Centrales.* III. *Anguli Propugnaculorum*, competentes Munimentis, quorum nomina in fronte Tabulæ expressa sunt.

Limbus Extimus habet notatas, vtrinque *Tangentes* singulorum *Graduū Quadrantis.*

Ad vsum instrumenti in *Agrimensoria*, & *Topographia* opus est Duabus aut Quatuor Pinnulis, in suas matrices inferendis; Vides autem in vfu instrumenti, quo consilio *lineæ Arithmeticae & Graduales* se inuicem æqualibus angulis transcendant.

Nam in alijs eiusmodi Instrumentis semper inæqualis est Angulus, quem faciunt v. g. *Lineæ Graduales*, & *Lineæ Arithmeticae*. Isthic autem, quia *Lineæ* se inuicem consequuntur, semper Anguli sunt *inter eiusdem Generis Lineas æquales*, quod magnam dat in tractatione Instrumenti facilitatem.

Fuit hætenus *anterior Instrumenti facies*, Sequitur pars posterior, seu auersa.

AVERSA FACIES SUPERIOR.

Continet *Tabulas*, seu *Numeros*, qui Dissecto